

Matth. 10. v. 9. Non habebitis aurum neque argentum in  
zonis vestris.

Cic. de Legib. Æs & ferrum duelli insignia sunt; i. e. arma.

Cicer. Verr. 6. Cum essent triclinia strata, argumentumque  
expositum in ædibus, id est, argentea supplex.

Plautus in Amphitruone Act. 1. Scen. 1. Quo ambulas tu,  
qui Vulcanum in cornu conclusus geris? cornu sumitur pro la-  
terna cornea. Vulcanus pro Metonym. causa efficientis, pro  
igne seu candela.

Virg. Æneid. 4. Quin morere, ut merita es, ferroque averte  
dolorem, id est, gladio.

Æneid. 8. Labitur uncta vadis abies, id est, navis ex abieti-  
bus fabrefacta.

Eclog. 1. Sylvestrem tenui Musam meditaris avena, id est,  
fistula ex avenæ cuimo facta.

Ibid. Ludere quæ vellem calamo permisit agresti, i. e. fistula  
ex calamo.

Ibid. Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat,  
pro area moneta & per Synecdoch. speciei pro omni pecunia.

Eclog. 6. Agrestem tenui meditabor arundine Musam.

Eclog. 8. Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquefcit, pro  
lutea statua ex limo facta.

Eclog. 10. Jam mihi per rupes videor lucosque sonanteis  
Ire: liber Partho torquere Cydonia cornu.

Spicula: pro arcu corneo.

Horat. Epist. lib. 1. Epist. 2.

Non domus & fundus non æris acervus & auri  
Ægroto Domini deduxit corpore febres.

Mantuan lib. 2. Parthenic. —— Quod ipsi  
Fecimus, hoc patimur, patres ut amavimus ipsi.  
Sic nostrum nos semen amat.

## CAPUT V.

### METONYMIA EFFECTI

est, cum effectum ponitur pro causa, ut: Spes  
obscura dicitur, quia obscurus efficit. Expectatio  
cæca, quia cæcos expectantes reddit. Senectus tristis.

*Adolescentia lœta. Mors pallida. Sol calidus. Saturnus frigidus, &c.*

(*Cum vocabulum propriæ effectum seu rem effectam significans usurpatur ad significandam ejus causam, sit per metonymiam Effecti. Dicitur alias Metonymia causati. Sic frigus dicitur pigrum, quia pigros efficit. Hic pigrum esse, est Effectum frigeris, quia frigus frigidos pigros facere creditur. Metonymice autem tribuitur ipsi frigori, tanquam causæ efficienti. Evangelium dicitur lœtum. Evangelium igitur est causa efficiens procreans lœtitiae, lœtum vero esse est ejusdem effectum, quod Metonymice ipsi Evangelio tribuitur, quia effectum hujusmodi in illis, quibus annunciatur, efficit. Estque duplex: Metonymia Effecti, cum effectum ponitur pro causa Efficiente, ut in allegatis exemplis, & Metonymia Materiati, cum vox Materiati ponitur pro voce materia, ut apud Virgil. Eclog. 10.*

*Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.*

*Hic serta ponuntur pro floribus. Sic dicimus in vernacula Wein lesen, vinum ponentes pro uvis, ein Mantel, Hosen, Wamines, ic. kauffen, pallium, femoralia, thoracem sumentes pro panno, e quibus conficiuntur.)*

### Exempla promiscua.

*Genes. 25. v. 23. Duæ gentes sunt in utero tuo, id est, duarum gentium autores. Jacob, a quo Israelite, & Esau, a quo Edomitæ.*

*Deuter. 30. v. 20. Dominus Deus est vita tua & longitudo dierum tuorum, id est, causa vitæ longævæ.*

*2 Reg. 4. v. 40. Mors est in olla, id est, res mortifera. Germani hoc sensu dicunt, der Trunk sen mein Tod.*

*Jerem. 23. v. 6. Dominus Justitia nostra, id est, causa justificationis nostræ.*

*Luc. 11. v. 14. Ejecit Christus Dæmonium, quod erat inutum, id est, quod hominem, quem possidebat, reddebat mutum.*

*Joh. 11. v. 25. Ego sum resurrectio & vita, id est, resuscitator, seu is, qui ex morte excitare potest.*

*Joh. 14. v. 6. Christus dicit: Ego sum via, veritas & vita, id est, monstrator seu dux viæ, per quam venimus in cælum.*

*Psal.*

Plal. 10. v. 7. Se  
ac dolorem efficit  
Plal. 14. v. 3.  
evocavit venimus  
Plal. 19. v. 9.  
nes efficit, vel dicit  
Plal. 26. v. 12.  
querum maxime  
Plal. 27. v. 1. D  
g. a. parvulitas  
Horat. lib. 1. O  
Pallida mors ap  
Reputatio  
Virgil. Aeneid.  
etius.  
Et meus, & m  
Eclog. 7.  
Torrida, jam  
dit res torridas &  
Cic. pro Milon  
hominem occisum  
Ibid. Neque v  
ma est in Afri  
quam ille in tril  
Condemno, &  
Ibid. Quis se  
nibus effugit, id  
Pro Marcell  
in silentio & fa  
/ 1. M  
est, cum fi  
Urbs pro C  
do habitam  
(Taleus ita  
men proprium

Psal. 10. v. 7. Sub lingua ejus labor & dolor, hoc est, laborem ac dolorem efficit.

Psal. 14. v. 3. Venenum aspidum sub labiis eorum, hoc est, evomunt venenum.

Psal. 19. v. 9. Praeceptum Domini lucidum, id est, lucidos nos efficit, vel lucem in nobis accendit.

Psal. 26. v. 10. In quorum manibus iniquitates sunt, id est, quorum manus iniqui perpetrant.

Psal. 27. v. 1. Dominus est illuminatio mea & salus mea, id est, a quo illuminatio & salus mea.

Horat. lib. 1. Ode 4.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,  
Regumque turres, o beate Sexti.

Virgil, Æneid. 6. Pallentesque habitant morbi, tristisque se-  
nectus.

Et metus, & male svada fames, & turpis egestas.

Eclog. 7. — Jam venit æstas

Torrida, jam læto turgent in palmite gemmæ: quia æstas red-  
dit res torritas & palines homines lætos.

Cic. pro Milone: Negant intueri lucem fas esse ei, qui a se  
hominem occisum esse fatetur, id est, vivere.

Ibid. Neque vobis tam salutarem hanc (videlicet A. quæ pri-  
ma est in Ah solvo, & reo saltaris est) in judicando literam,  
quam illam tristem dedisset (scilicet C. quæ prima est in verbo  
Condemno, & reo tristitiam affert.)

Ibid. Quoties ipse judex, ex P. Clodii telis & ex cruentis ma-  
nibus effugi, id est, cruorem meum fitientibus.

Pro Marcell. insolentem & superbam victoriam dicit, quod  
insolentes & superbos victores efficiat.

## CAPUT VI.

### 1. METONYMIA SUBJECTI

est, cum subjectum ponitur pro Adjuncto, ut:  
Urbs pro Civibus. Mundus pro hominibus, in mun-  
do habitantibus.

(Taleus ita definit cap. 5. Metonymia subjecti est, cum no-  
men proprium rei subjectæ ad significandam rem adjunctam  
tra-